



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Avxitano. Archiepiscopo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

Ienter faciunt se intrudi. vnde fit ut Ecclesia ipsæ, quæ ad ordinationem Prælatorum libere pertinere solebant, laicali servituti subdantur, & irreparabile detrimentum incurant. Nosigitur, prout officij nostri debitum exigit, volentes ipsarum Ecclesiarum gravaminibus providere, talia de cetero fieri auctoritate apost. inhibemus, fraternitatì tuae præfenti pagina indulgentes ut illos qui haecenūs attentarunt talia, vel deinceps attentaverint, possis appellationis sublato diffugio, si Prælati eorum post tuam commonitionem id exequi negligenter omiserint, canonica censura punire, & amovere ab ipsis Ecclesiis, si quos invenieris Ecclesias obtentas taliter obtine-re. Datum Laterani xv. Kalend. Aprilis.

## AVXITAN. ARCHIEPISCOPO.

*Epi. 80.*  
Ve vagi mona-chi ad exco-nobi-um revoca-  
tur.  
*Cap. Quanto.*  
*De officio ordi-narij.*

**Q**uanto devotio religiosorum viro-rum studiosius mandatis divinis innaret, & creatori suo placere per ope-ra sanctæ conversationis intendit, tanto humani generis inimicus ad seductionem eorum suæ fraudis malignitate laborat, & variis modis eis præstat materiam excedendi, & animas eorum inextricabi-li laqueo nititur irretire. Ad audientiam siquidem nostram neveris pervenisse quod monachi, Canonicæ, & alij regulares in tua provincia constituti, cum de-berent potius in clauistro juxta regularia constituta divinis obsequiis vigilare, de Obedientiis & redditibus, quorum cu-ram gesserunt, pecunia congregata, claustrum abhorrentes, per curias Principum & potentum discurrere non ve-rentur, & muneribus suis illorum sibi gratiam & favorem acquirunt, ac de co-rum familiaritate confisi, in Conventu suo graves dissensiones commovent, & ceterorum humilitatem in spiritu arro-gantiae contemnentes, mandatis Prælatorum suorum inobedientes & contumaces existunt, & contra illorum prohibi-tionem secularium negotiorum solicitudinibus se immergunt. Quoniam igitur propter hoc ordo religionis non modicum enervatur, fraternitatit per apost. scripta mandamus quatenus quoscunque tales inveneris, nisi ad commonitionem tuam resipuerint, ut proprium suum in manibus Prælatorum suorum sine diffi-cultate resignent, convertendum in utilitatem domus secundum Abbatis consilium, & regularem vitam obseruent, si

Prælati eorum post tuam commonito-nem id exequi negligenter omiserint, per suspensionem officij & beneficij ap-pellatione remota compellas. Datum Laterani xi v. Kalend. Aprilis.

## AVXITAN. ARCHIEPISCOPO.

**I**ntra cerera quæ naviculam beati Pe-tri flustantem in mari concutunt diversarum turbine procellarum, illud animum nostrum gravius affligit, quod licentius & perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam ministri dia-bolica prævaricationis insurgunt, juxta quod beatiss. Apostolus Paulus docto-r gentium exprimit in eulogio epistolæ sue. Simplicium animas miserabiliter il-laqueant, & post se trahunt in damnatio-nis interitum; ac superstitiosis & fictitiis adinventionibus sacrarum scripturarum intelligentiam pervertentes, Ecclesiæ Catholicae unitatem rescindere molun-tur. Quoniam autem peccatis hujusmodi erroris ( sicut ex tua & plurium assertio-ne cognovimus ) in partibus Vasconiaæ ac circum positis terris fortius invalefecit, per tuam & aliorum coepiscoporum tuo-rum industriad huic morbo tanto effica-cius volumus obviari, quanto magis est timendum quod pars syncera trahatur, & tali contagione, que paulatim, velut cancer, irrepit, mentes fidelium inqui-nentur corruptelæ virtio generalis. Ideo-que fraternitati tuae præfenti pagina indulgemus, per apo. scripta firmiter injungentes, quatenus ad extirpandas hæ-rexes universas, & eos qui sunt hac fece-polluti de provinciæ tuae finibus exclu-dendos, modis quibus poteris, operam tribuas efficacem, in ipsis, & omnes il-los, qui cum eis aliquando commercium aut manifestæ suspicionis familiaritatem contraxerint, sublato appellationis ob-staculo eccl. distinctionis exercendo ri-gorem, & etiam ( si necesse fuerit ) per Principes & populum eosdem facias vir-tute materialis gladij coerceri. Datum Laterani Kalend. Aprilis.

## AVXITAN. ARCHIEPISCOPO.

**D**ignitates & cerera beneficia ec-clesiastica pia fidelium devotione consti-tuta fuerunt, certis assignanda per-sonis, ut per ipsis personas in Ecclesiis devotum servitium jugiter impendatur. Verum quidam, qui rectam & piam or-dinationem Ecclesiæ prævaricare mini-

*In editione Co-lon. legitur, ic-cundum arbitri-*

tri tui confi-  
lium. Verum  
preferre malum  
mut leditum  
Teria Colla-  
tio.

*Epi. 81.*  
Vt hereticis  
obliviat, & glo-  
dio colletur,

*Epi. 82.*  
Vt habentes  
plures dignita-  
tes, retenta una,  
reliqua relin-  
quere cogantur.

mē pertimescunt, in diversis Ecclesiis plures sibi archidiaconatus vel alias dignitates usurpant, propter quod Ecclesia debitum defraudantur obsequiis, & ex hoc in eis non leve scandalum generatur. Eapropter, venerabilis in Christo frater, tibi auctoritate præsentium indulgemus, quatenus illos, quos plures archidiaconatus, dignitates, vel personatus in eadem Ecclesia per totam Auxitan. provinciam habere constiterit, si Prælati eorum post tuam commonitionem id exequi negligenter omiserint, data illis optione quem maluerint retinendi, reliquis possis appellatione remota privare, ipsosque, si super hoc contumaces apparuerint, per censuram ecclesiasticam coercere. Datum Laterani Kalend. Aprilis.

*Scriptum est autem eidem Archiepiscopo in eundem modum contra eos qui plures abbatias habent.*

*VNIVERSIS ARCHIEPISCOPIIS,  
Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis,  
ad quos literæ iste pervenerint.*

Epiſt. 33.

**N**e promotionis nostræ primitias Domino negaremus, cui universa opera nostra consecrare tenemur, statim post electionem nostram tam pauperum quam aliorum apud sedem apostolicam existentium petitionibus intendere cœpimus, & eorum negotia promovere; ne si otio tanto tempore vacaremus, corpus & animus ex otiositate torperent. Verum quoniam insolitum fuit hactenus ut sub dimidia Bulla ad tot & tam remotas provincias literæ apostolicæ mitterentur, & ex hoc literæ ipsæ diutiū quam vellemus possent ex alicuius dubitatione suspensi; ut quorum interest parcamus laboribus & expensis, universas literas, que ab electionis nostræ die usque ad solennitatem consecrationis sub Bulla dimidia emanarunt, parem cum illis firmatam obtinere decernimus quæ in Bulla integra diriguntur. Nulli ergo &c. Datum Laterani iij. Nonas Aprilis.

*ARCHIEPISCOPO, PRÆPOSITO  
S. Andreæ, & Scholastico S. Petri Colonien.*

Epiſt. 34.  
Vt fraudulenta  
privataque be-  
neficiorum per-  
missio relin-  
datur.  
Cap. Cūm uni-  
versorum. De

**C**VM universorum fidelium ab ipso Domino Iesu Christo pastoralis nobis sit cura commissa, solicitudini nostræ dignoscitur expedire, ut sic debeamus quoilibet in suis rationibus confovere, quod aliorum jura in conspectu Ec-

clesiae dispendium non sustineant, sed firma & illibata debeat permanere. In-

*rerum permu-  
tatione.*

telleimus siquidem dilecto filio Gileberto Canonicō S. Iohannis in Leodio referente quod cūm ipse & Lambertus Clericus, ducti quādam animi levitate, de

permutatione præbendarum suarum in-

ter se tractare coepissent, quia utilitatem

utriusque imminere credebant, \* tamen

*\* In tertia Col-  
lect. & apud  
Gregor. tandem.*

idem L. Clericus occasione dictæ permutationis, præbenda ejusdem G. quam in

Ecclesia sanctæ Mariæ Namurcen. habe-

bat, cuidam suo consanguineo assignata,

præbendam S. Bartholomæi, quam sæpe

dilecto G. repromiserat, nequaquam voluit

resignare; & sic idem G. (ut afferit) sua

spe remansit omnino frustratus. Cūm-

que super hoc in præsentia venerabilis

fratris nostri Leodien. Episcopi fuisse

diutiū litigatum, tandem idem L. sedem

apostolicam appellavit; & cūm dictus G.

ad nostram præsentiam non sine magno

periculo & labore accessisset, idem L. nec

venit, nec pro se curavit sufficientem mit-

tere responsalem. Cūm igitur deceptis &

non decipientibus jura subveniant, fraus

etiam & dolus nemini debeat patroci-

nium impertiri; licet ipsi per se de jure

non possent ecclesiastica beneficia per-

mutare; ut tamen simplicitati venia tri-

buatur, discretioni vestrae per apostolica

scripta mandamus quatenus si vobis con-

stiterit prætaxatum G. taliter fuisse de-

ceptum, ab ipsa Namurcen. præbenda,

quam diu dicitur possedisse, amoto con-

sanguineo ipsius L. vel quolibet alio illi-

cito detentore, eandem sublato appella-

tionis obstaculo G. faciatis restitui me-

morato, & eundem ipsius pacifica pos-

sessione gaudere. Nullis literis &c. Quod

si omnes, tu frater Archiepiscope cum

corum altero &c.

#### MEDIOLANEN. ARCHIEPISC.

**B**enevolentiam, quam circa Mediolanen. Ecclesiam & civitatem gerimus, in minori quandam officio constituti in opere demonstravimus, & nostræ intentionis effectum ostendimus in effectu. Nuper etiam divino munere ad summi pontificatus officium evocati, inter ipsa nostræ promotionis exordia volentes Ecclesia Mediolanen. deferre, negocium ejus, quod ex majori parte fuerat immutatum, in debitum statum reduximus: in quo usque adeo vici fuimus ejusdem Ecclesia justitiae providere, ut

F iiij

Epiſt. 35.  
De citatione  
Pausagueræ  
caufidici ad di-  
cendam caufam  
Roma.